

INDEX ALPHABETICUS

A.	
De ^{libyugto regi} ^{prograhandi} jure . . .	no. 11.
filio Senatu . . .	13.
Agonifantium efatis . . .	18.
Athenis reb. utendi facult. . .	6.
Anargyria . . .	14.
Anachoresi . . .	15.
Anatocismo . . .	19.

C.	
De Camerali Senatu . . .	13.
Circumstantijs . . .	17.

D.	
De Difamacione . . .	15.
Dei invocacoe . . .	9.
De hereditatis jure . . .	ii. s. 19.

E.	
De Efatis agonifantiu . . .	18.

F.	
De Familijs . . .	no. 4.
Familijs illustriu successores . . .	5.
Facultate utendi reb. alienis . . .	6.

I.	
De Impij pp. Superioritate . . .	3.
Illud. Fam. success. jure Monetarum . . .	5. 8.
— Sigilloru . . .	9.
— Rapide . . .	10.
— aggrahandi . . .	11.
Indicijs q. n. veni . . .	12.
juram. Calabund . . .	17.

L.	
De Lege Regia . . .	2.
Landfalsijs . . .	7.

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
DIFFAMATIONE,

Ex
Celebri L. 5. C. de Ingen. & manumiss.

QUAM
ASSISTENTE DIVINO NUMINE
EX DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI RECTORVM
ORDINIS, IN ILLVSTRI ACADE-

MIA JULIA
SUB PRÆSIDIO

Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi Viri

DN. HENRICI HAHNII ICTI,
COD. PROFESSORIS CELEBERRIMI, FACULTATIS
SVÆ SENIORIS, AC HODIE DECANI, DICA-
STERII VVOLFERYTANI ASSES-
SORIS GRAVISSIMI

DN. PRÆCEPTORIS, PROMOTORIS, AC HOSPITIS
SVI ÆTATEM DEVENERANDI

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES,
PRIVILEGIA ET IMMVNITATES
ADIPISCENDI

PUBLICÆ DISQVIGATIONI SVBICIT
BERTOLDVS RICHARDT Vfflen. VVestph.
IN IVLEO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
AD DIEM X. SEPTEMB.

HELMESTADII

Ex Officina Henningi Mülleri Acad. Typogr.

ANNO MDCLXIII.



ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO
COMITI ET DOMINO,

DN. HERMANNO ADOLPHO
Comiti & Nobiliori Regenti Domino
in Lippe / & c.

Comiti ac Domino suo gratiosissimo:

Suam hanc Inauguralem
disputationem

*humillimè & cum debitâ
animi subiectione*

dedicat & offert

B. Richardt A.



IN NOMINE JESU.

THESIS I.

HXpositurus loco habendæ Inauguralis
disputationis, materiam Diffamationum,
eoque nomine celebrem aliquam legem,
operæ pretium facere videbor, si prius
Scholasticam explicationem, quæ circa
nudam L. intelligentiam versari solet,
exhibeam, & deinde forensam interpretationem, quâ ju-
ra legesque in Scholis cognitæ, in forum & iudicium
producuntur, aggrediar, verumque usum subjiciam.

II.

Selecta autem mihi hoc nomine est lex Diocletia-
ni & Maximiani Augustorum, quinta, Crescenti inscri-
pta, sub Titulo Cod. De ingenuis & Manumissis, cujus
verba sunt. *Diffamari statum ingenuorum, seu errore, seu
malignitate quorundam, periniquum est: præsertim cum affir-
mes, diu Præsidem unum atque alterum interpellatum à te, vo-
citasse diversam partem, ut contradictionem faceret, si defen-
sionibus suis consideret, unde constat merito Rectorem Provinciae
commotum allegationibus tuis, sententiam dedisse, ne de cætero
inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc diversa pars per-
severat in eadem obstinatione, aditus Præsides Provinciae ab
injuria temperari præcipiet. Dat. Prid. Non.*

III.

Hujus legis intelligentia, præcipuè in eo occupa-
tur,

tur, ut sciatur (1) quid velit. (2) cur velit. (3) quæ ejus sit vis & effectus. (4) quomodo repugnantes LL. concilientur.

IV.

Quid velit, colligendum erit ex subjecto & prædicato, ac utriusque connexionem. Nomine subjecti veniunt, personæ, res, earumque circumstantiæ.

V.

Personæ hic sunt (1) Crescens diffamatus (2) diffamator (cujus nomen omissum) & (3) Præses & Rector Provinciæ.

VI.

Rerum nomine sequentia consideranda veniunt. (1) diffamatio status ingenui Crescentis. (2) interpellatio diffamati apud Præsidem, seu suum magistratum (3) vocitatio diffamantis ad contradicendum & defendendum (4) Cognitio allegationum. (5) sententia silentii impositi (6) Obstinatio & injuria diffamantis.

VII.

Circumstantiæ imprimis duplices occurrunt, quoad personas (1) quod Crescens fuerit ingenuus & in possessione ingenuitatis constitutus. *arg. l. 14. vers. sin verò. de probat. l. f. si ingen. quæ onus probandi in adversariū transfert, l. 18. Eod. vid. Pacium. Corvin. h. t. & Gothofred. ad d. l. 14.* (2) quod diffamator eum pro liberto haberet, & inquietaverit. *arg. d. vers. sin verò.* Quoad res verò, quod diffamatio vel errore vel malignitate facta fuerit.

IIIX.

Diffamare autem in malam partem acceptum hic est, statum ingenui ignominiam spargere, *h. l. princ.* Unde *Diffamator & Diffamatus.* Sive enim quis talis esset natiuitate, *pr. Inst. de ingenuis, sive beneficio Imperatoris. l. 2.*

& 3.

§. 3. ff. de natalib. restit. aut sententiâ judicis l. 25. de statu
homin: ab alio non fuit inquietandus, & pro seruo ha-
bendus.

IX.

Neque error excusabit, utpote non invincibilis,
quod non liceat alicui nomen alterius traducere, ante-
quam is convictus fuerit, arg. l. 10. C. de injur: l. 31. C. de li-
ber. caus. Is siquidem qui famam in alterius status aut e-
xistimationis damnum, ac futurum detrimentum, sine
legitima causa spargere non veretur, scit, (vel dictante cō-
scientia ac naturali ratione) injuste contraque natura-
lem æquitatem ac honestatem, quæ hominem homini
quovis modo insidiari nefas esse edocet, l. 3. de just. &
jure, se agere: Ideoque ratione erroris, qui in præjudi-
cium ac detrimentum alterius vergit, minimè excusan-
dus venit. Malignitas verò, cujus præter nostram L. et-
iam l. 22. §. 2. C. de jur. delib. l. 12. pr. C. de acquir. & rer. possess.
l. 16. C. de fideic. libert. l. 1. §. 11. C. de Latin. libert. toll. l. 3.
C. per quas pers. nob. acquir. meminit, dolus est, qui al-
teri damno esse non debet. d. l. 12. C. de acquir. possess. l.
12. de dolo mal. l. 31. de recept. arbitr.

X.

Præses, qui & Rector Provincia hîc appellatur, erat
eum vicarius à Cæsare in provinciam missus, magistras-
tus ordinarius, cujus officium erat curare, ut pacata sit,
& quieta provincia, & ab hominibus malis repurgetur
l. 13. pr. de offic. Præs. Item ne quis iniquum lucrum aut
damnum sentiat l. 6. pr. Eod. ab injuriis defendere l. 6. §.
3. Eod. junct. l. 1. ve rb. omne enim quod non jure fit, de injur:
& famos. lib. omnibus, munus justitiæ ac officium suum ju-
diciarium implorantibus, præstare, arg. l. 3. 4. 7. 12. 13. &
19. de offic. Præs.

XI.

Interpellatio hinc est Crescentis, & provocationem ad Præsidentem, sive invocationem (implorationem) ejus officii hinc denotat. Calv. in *Lexic. verbo. interpellatio*, quod judex regulariter officium suum non impertiat, nisi imploratus. l. 4. §. 8. de *damn. infect. arg. l. 68. verb. petat. de judicis*. Per alterum successor Præsidentis à plerisque intelligitur, Glossam hinc secutus. Bartolus autem & Blarer. in *summar: b. l. num. 11.* censet, & alium alterius Provinciae rectorem intelligi posse, si quis in pluribus locis diffamare perrexerit, quod delinquentem ubicunque reperitur, convenire, sicque & diffamato ejus loci judicis officium implorare licuerit l. 1. C. ubi de *crimini. agi oportet. l. 1. C. ubi Senat. vel clariss.* Sed hoc non placet (1) quia diffamatus hinc extra ordinem suum Præsidentem imploravit, E. non alium alterius Provinciae vel imploravit, vel implorare potuit (2) alioquin diffamatus implorando sequeretur judicem diffamatoris, contra mentem Imp. hanc lege (3) Idem sic nullam diffamatoriã actione indigeret (4) Quaedam Diffamatio non est delictum, propter quam itaque diffamator nec in loco delicti conveniendus.

XII.

Vocitatio, vocationem in jus, sive citationem Præsidentis iteratam significat, l. 1. de *in jus vocand. arg. l. 6. C. de Usur. pupill.* Opus eã erat ut diffamans ad interpellationem à Crescente apud Præsidentem factam *contradictionem faceret, si defensionibus suis consideret.* Nam diffamando ad judicem prior provocaverat, adeoque se actorem fore promiserat. Hoc ergo factò demum Crescens, subire judicium paratus, stimulatus & inductus fuerat, urgere à Præsidente, ut contradictiones faceret, ac defenderet dif-
fama-

famator, ad quas se obtulerat, aut silentii impositionem
patiatur. Contradicit autem, si contra statum, in cuius
possessione Crescens constitutus, dicit, ut actor, in ju-
dicio Actionis, *l. fin. ibique Dd. C. de Edict. Divi Hadr. toll.*
d. l. 18. de probat. l. 14. Eod. In specie illa contradictio fa-
cienda, erat actio præ judicialis, quam proponere diffa-
mator coram iudice (licet non suo) apud præsidem de-
bebat, & probare Crescentem esse suum libertum (adeo-
que non ingenuum) aut ab inquietudine desistere. *d. l.*
14. vers. fin. verò. de probat. l. 18. Eod.

XIII.

Defendit quoq; diffamator licet agendo, quatenus jus
suū in iudicium deducit, *l. 2. C. de testib. Azo. h. l. firmatq; re-*
plicando. Nam replicatio actoris est firmamentum, (con-
firmatio, juxta Rhetores,) eademq; Ictis vocatur, teste Fa-
l. 3. bio. 13. exceptio atq; defensio contra rei exceptionem,
sive defensionem l. 2. §. 1. l. 22. §. 1. de except. Neque ta-
men Accursii interpretationem, qui per defensiones,
diffamantis jura intelligit hic excludendam censemus.
Non ergo *Defensiones* hic de diffamato intelligi possunt
qui agere debeat. Interpellando enim is jam imploraverat
Præsidis officium, curaveratq; fieri citationem; Sed de dif-
famatore hoc capiendum, à quo ad factam diffamati in-
terpellationem, jura quibus confidebat, erant proferen-
da. Per *allegationes* in genere intelliguntur conflictus ju-
diciales, actio sive libellus actoris exceptio rei, replicatio,
duplicatio, & sic deinceps. *l. 36. de minorib. l. 60. pr. de ri-*
tu nupt. l. 1. C. si. Tut. vel curat. fals. allegat. pr. §. 1. C. 2.
l. de Except. l. 2. §. 1. C. seq. ff. Eod. In specie autem nomine *alle-*
gationum in hac L. veniunt illæ, quas proponit diffamatus
corā præside (ut suo magistratu) in iudicio diffamationis
(1) Ostensio factæ diffamationis contra statū Crescentis (2)

ac-

accusatio contumaciæ diffamantis legitimè citati, sed non comparentis. Neque enim diffamatoris hîc allegationes ullæ fuerunt, quod per contumaciam abfuerit, neque ille contradictiones, vel defensiones (quæ alioquin ejus quoque allegationes dici potuissent) protulerit. Diffamati itaque allegationibus cognitis, motus Rector Provinciæ, sententiam dixit pro Crescente perpetui silentij: hoc enim significatur verbis, *ne de cætero inquietudinem sustineres*, ex ulteriori sc. diffamatione. Denique *Obstinatione* h. e. perseverante contumaciâ, major quoque Crescenti Injuria facta est, hoc est, nocitum ipsi magis nullo jure *l. 1. de injur: pr Inst. Eod.* ideoque gravius judicium contra obstinatum meritò decernitur.

XIV.

Cæterùm *versiculo. ne de cætero h.* continetur formula singularis sententiæ, quæ hac in specie ad verus diffamatorum contumacem reddenda. Nec mutat, quod verba illa non ad personam diffamantis directâ sint, cui inhibitiō faciendâ fuisset, ne imposterum inquietaret ingenuum. Nam perinde est, ac si in illum concepta fuissent, si enim diffamatus non debet sustinere inquietudinem, diffamanti debere impositum esse silentium, necesse est. Valde ergo contorta illorum explicatio est, qui *vers. ne de cætero*, non formulam sententiæ diffamationis, sed vim & effectum sententiæ actionis principalis expriment, quod faciat rerum judicatarum autoritas, ut is pro cuius ingenuitate pronunciatum est, postea citra injuriam manifestam inquietari non possit. Ultra id enim quod in judicium deductum est, excedere potestas judicis non potest. *l. 18. ibique Dd. de Comm. divid.* Obtinent verò prædicta, si diffamator non compareat, si autem adveniat & libellum proponat, litis contestatione opus est,

est, ut aliàs jure communi obtinet, & porrò ordinariè proceditur. Salicet. *h. l. num. 3.*

XV.

Tantum de subiecto *nostra* L. Prædicatum innuitur verbis; *Perinquam est diffamari statum ingenuorum.* Indeque infimul apparet, in quo Statu lex existat. Diffamationem enim factã & ostensam esse supponitur. Quæ etiã res illa sit, indubium est. Quæritur saltim, qualis sit, an justa, vel injusta, licita vel illicita? Perinde enim est, ac si interrogas, quãdo quis Crescentis statum diffamavit, & in probatione defecit, scil. vel quod noluerit, per contumaciam, ut in casu *hujus* L. vel non potuerit, an Crescens imposito diffamatori perpetuo silentio sit absolvendus? & respondeas esse absolvendum: quod utique Status est Iurisdictionalis.

XVI.

Atque hæc substantiam Legis concernere indubium est, & ex eo perspicuum, quod si ex duobus istis, subiecto scil: & prædicato, prædicto modo resolutis, iterum conexio fiat, vera legis sententia denuò resultet. Nimirum *is cujus status diffamatur, potest apud Magistratum ea de re conqueri, si, diffamatione ostensã, diffamantis citati quidem, sed non comparentis, contumaciam accusaverit, imposito reo silentio perpetuo est absolvendus.* Ita scitè Hubertus Giphanius *hic.* Brevius *ibid.* Salicetus. *Contra diffamantem aliquem de Servitute, potest iudex ad instantiam diffamati, tempus illi præfigere, intra quod debeat agere, aliàs ultra tempus non audietur.* Rectè quoque Bartolus. *Diffamanti alienum statum terminus assignatur, ad proponendum & probandum de jure suo; quo non probante, imponitur ei silentium, ne ulterius infamet, vel inquietet: quod si non paret sententia, insuper mulctã afficitur.*

XVII.

Porrò cur Lex ita velit, ex Statu ejus dependet, qui prin-
cipis

B

cipiis justitiæ & injustitiæ innititur. Cum ergo per Diffama-
tionē ingenitatis alterius statui detrahatur, *l. fin. si ingen. ess. dic.* nulli dubitamus, quin Diffamatio justitiæ Comutativæ
contraria existat. Peccatur enim in illam tunc, quando
bonis alterius nocetur, sive injuria fit: quæ triplicia, cor-
poris, fortunæ, & animi, Aristol. 7. Polit. 1. & 1. Eth. 8.
Et injuriæ circa bona fortunæ, vel ad divitias spectant,
vel ad famam vel ad honores. Hæ hujus sunt loci, *h. l. & l. si contendat. 28. de fidejussorib.*

XIIX.

Indeque fluunt *hujus L.* decidendi rationes. Prima &
principalis est, quæ in textu memoratur, Periniquitas, i.
e. magna iniquitas diffamantis Crescentis statum, quia
contra præceptum justitiæ est, alterum lædere, *§. 2. Inst. de I. & I. l. 16. verb. periniquum est C. de rescind. vendit.* Se-
cundario principio civili innititur, quod Magistratus, si
ex legitima causa alicui præscripserit certum tempus, intra
quod agat, si non agatur, judicium possit præcludere, &
audientiam denegare, *l. si eo. 6. C. de remiss. pignor. l. fin. C. de usur. pupil. l. 2. §. 3. de curat. bonor. dan. l. 26. §. 4. Ex quib. caus. maj. l. 7. pr. de op. legat. l. 21. C. ad. L. jul. majest. l. 4. de reb. auth. jud. possid. l. 1. & 3. de Carbon. Edict. junct. l. unic. si quis jus dic. non obtemp.* Tertia est, quod Crescens diffamatus in quasi possessione sui status turbetur, quatenus non admittebatur ad ea, ad quæ ingenui admitti solebant, *Cæs. Contard. h. c. 1. num. 12. in fin.* Quemlibet verò in suo jure defendi, & turbantem percelli, non modò justum est, sed & maximè ad obtinendam in Rep. tranquillitatem conducit, secundum scita Politicorum. Inde est, quod summè utile sit remedium *nostra L.* quia diffamatũ onere probandi juvat, & diffamantẽ, ut diffamationẽ legitimè
pro-

probet, coercet, sub perpetui silentij comminatione.
vid. H. Schurff. 2. *Conf.* 34. *junct.* Math. V. Vesenb. 2. *Conf.* 96.

XIX.

Sed dubitandi occasionem præbent sequentia. Absurdum est, quod diffamatus, contra communia juris principia, agere invitus teneatur. *l. unic. C. ut nemo invitus agere. l. 20. C. de pignorib.* Maximè cum fortè nondum paratas habeat iuris sui probationes, ac proinde potius æquum sit prospici auctori, ne metuendam habeat jacturam bonæ actionis, aut judicem suspectum habeat ex occultis causis vel dubiis, quas probare nondum possit. Iniquum & inhumanum existit, trahi lubricum linguæ ad pœnam *l. 7. §. 3. ad L. Jul. majest.* Præstatio servilis ministerii non officit ingenuitati. *l. 2. §. 6. C. b. r. l. 39. C. de liber. causa §. ult. de Ingen.* Lite non contestatâ nulla ferri potest sententia, *c. 1. de Lit. Contest.* Atqui hîc nulla lis est contestata, & tamen sententia lata fuit. Pœna hujusmodi perpetui silentij videtur incongrua, cum adversus contumaces à jure alia sint remedia prodita, videlicet multa, immissio in posses: bonorum, & alia: *l. pen. de bon. auct. jud. possid. l. 1. si quis jus dicent.* Judex imponendo perpetuum silentium videtur denegare audientiam; denegare verò audientiam est denegare justitiam *l. 19. de offic. Pras.* Titius ex ignorantia sparsisse videtur, Crescentem esse suum libertum; ignorantia verò solet excusare delictum. Frustra foret inductum remedium examinis testium ad perpetuam rei memoriam, contra *cap. significavit 41. X. de Testib. & c. quoniam 5. X. ut lit. non contest.* Absurdum sit dari actionem ubi nihil interfit. *l. 14. de Condiç. furtiv. l. 11. de pact.* Neque is qui agit potest videri contradicere, sed potius is, qui actionem excipit: & sic deinceps.

Denique ex *hac L.* nostra hæc licet colligere, in quibus ejus vis & potestas existit. (1) esse iniquum statum ingenui diffamare (2) diffamatum posse implorare judicem, ut citet diffamantem ad proponendum sua jura, si de iis confiderit (3) Coram successore eadem esse ventilanda, quæ coram prædecessore. *l. mortuo. 60. de judic: ubi Da.* (4) Actore non probante reum esse absolvendum *l. 4. C. de Edend.* (5) Iudicem moveri deberi causâ rei, si illa sit justior (6) Eundem posse denegare audientiam certo termino ad agendum assignato (7) Ei qui sententiâ condemnatur, ne alterum porrò inquietudine officiat, silentium imponi, quia qui non molestare tenetur, abstinere & filere tenetur *arg. l. 2. C. de Carb. Edict. l. 3. C. de fideicom. l. 2. C. de prescript.* Contumax namque causam amittit, ita ut eandem denuo proponere non possit, sed filere cogatur *l. 53. pr. de re judic. l. 1. §. fin. C. de adfert. toll.* Unde non placet, quod Dn. Brunnemanno *h. l.* citatus Antonius Mathæi, verba, *ne de cætero inquietudinem sustineres*, censet præcisè de pronunciatione ingenuitatis esse intelligenda, adeoque putat silentii impositionem, præter *hanc L.* ab Interpp. inductam fuisse, quod & supra improbavimus *zh. 14.* Cuicumque enim in sententiâ præscriptum est, ne alter litigantium ab altero inquietudinem sustineat, ei silentium per sententiam impositum. Atqui juxta *hanc L.* illi, qui aliquè de statu ingenuorum diffamavit, in sententiâ hoc præscriptum est. E. ei silentium impositum est; nam voce facta fuerat diffamatio. Deinde hîc non de ingenuitate pronunciat, seu iudicio liberali, vel actione præjudiciali, verùm de ingenuitatis diffamatione sententiâ lata est, quæ longe diversa sunt. *Jung. Thes. 13.*

XXI.

Postquam haecenus dictum, quid lex nostra velit, cur velit, & quæ ejus quod vult, sit vis & effectus, ratio ordinis postulare, subicere, quomodo LL. aliæ, & rationes adductæ *nostra Legi* contrariantes, fuerint concilianda. Verum etsi contradicendi causæ aliquam multæ hoc nomine allatæ sint supra THES. XIX, tamen animus est, responsiones nostras differre ad placidum discursum, nobiscum instituendum.

XXII.

Et hæc sunt, quæ ad substantiam L. Diffamari pertinent. Adhærere autem isti solent legum virtutes, in jubendo, vetando, permittendo occupatæ *l. 7. de LL. nec non formæ legum*: ex quibus alia est directæ, quæ directo jubet, vetat, permittit: alia indirectæ, quando talia fiunt per circuitum. Estque alia judicialis, ut cum in lege actio, exceptio, replicatio &c. conceditur: alia quæ fit per Magistratum, ut cum conceditur restitutio in integrum, officium judicis: alia quæ fit per fictionem. *Nostram L.* esse ex permittentibus, & quidem indirectis, non dubitamus. Nam imploratio officii judicis à Crescente facta penes Præsidem, contra Diffamatorem, non modo probatur Imperatoribus: Sed & iidem volunt Præsidem porro implorari posse, eumque debere præcipere sub graviore pœna, ut Diffamator obstinax ab ulteriori Diffamatione absteat. Vtrum verò hæc actio Cæsaribus approbata, *condictio ex hac L.* sive, ut alii volunt, imploratio officii judicis dicatur, forte perinde est, vide tamen infra thesin xxxii.

XXIII.

Ad naturam legis pergamus, quo spectant Origo,

B 3

par-

partes, & effectus. Pro manare autem *hanc L.* ex præceptis
divinis (quamvis ea incognita fuerunt ejus Autoribus)
naturalibus, & gentium, non dubitamus: Et recta enim ratio
dicat, neminem esse lædendum, & Decalogus hoc im-
perat; unde optime Ioh. Oldendorp. *Comment. ad hanc L.*
dicit, Diffamatorem peccare in v. vii. & iix. præceptum.
Et detractores non tantum dicuntur fures, raptoresque
honoris alicujus, sed longè deteriores furibus illis, qui
substantias aliorum, prædiaque diripiunt, *c. ex merito 13.*
c. deteriores. 15. c. 6. quest. 1. vid. Grav. ad Gail: *conclus. 65.*
num. 6. lib. 1. Eoque pertinet, quod naturali ratione duo
sunt modi, quibus honor famaue defendi potest, Apo-
logia & Actio, ut eleganter deductum in Vindiciis D. Hel-
vici Dieterici, Medici, contra Otthonem Tackium: & patet
ex Responsis Ampliss. Jurid. Facult. in hac Illust. IVLIA, &
Coloniensi, atque Ingolstadiensi ex *h. L.* proditis *pag. 61. &*
seqq. Approbatum ergo potius, quam noviter inductum
est hoc remedium per Impp. Dioclet: & Maximianum.
Qui licet Christianorum diri persecutores habeantur,
tamen naturali ratione ducti, ut plurimas alias, ita & hanc
celebrem Constitutionem tulerunt. Cui nec officit, quod
die & Consule careat; quia nihilominus vim Constituti-
onis habet, ex Iustiniani autoritate, *Constit. de Iustinian.*
Cod: confirmand. §. 3. Ideoque à prædictis Cæsaribus, ut
primariis Legislatores, ex illo tempore, quo imperio
præfuere, *hac L.* ex Seculi iii. anno octuagesimo quar-
to, usque ad annum nonagesimum primum, sine dubio
lata est, & publicata. Postea verò ex Iurisdictione Magi-
stratum & interpretatione Ictorum, quin & Constitutio-
nibus Impp. Germanicorum, qui *hanc L.* latius exten-
derunt, plurimum ei roboris & autoritatis accessit.

XXIV.

XXIV.

Partes huic textui, qui in Codice esse solent, Proce-
mum, Decisio, & Sanctio, non faciam; quod Rescripti
potius, quam Constitutionis nomen mereatur, ad Crescen-
tis (hominis sine dubio privati) querelam prolatum. Si ta-
men res dicenda erit, ad Decisionem proximè accedit.

XXV.

Legum omnium effectus est, quod statuant, tollant,
(abrogent, derogent) vel mutant, transferendo scil. aut
adjiciendo. Nostram esse ex statutibus, indubium est.
Constituit enim, per iniquum esse alicujus statum diffama-
ri, & remedium hoc nomine optimum approbat & per-
mittit.

XXVI.

Denique si accidentia Legis spectemus, *hanc nostram*
esse non mutam, sed loquentem, & mixtam, quatenus
ad iudicium revocatur, nemo dubitare potest. Expressa
quoque est, & scripta, vim habens generalis Constitutio-
nis, *d. const. de Inst. Cod. confirm. §. 4.* Ut autem non dixerim
illam proficisci, neque ex ordinariis, neque ex singula-
bus justis & injustis principiis, ita tamen non pauca hic
occurrere, quæ in certam & ordinariam juris rationem
non cadunt, indubium est, si diffamationis scil. iudicium
attendas; unde remedium extraordinariam rectè dicitur
Contardo *ad b. l. c. 4. num. 98.* multisque aliis, minus re-
ctè contradicente Georgio Mundo, *b. c. 5. §. 2. num. 118.* Nam
contra communes iuris regulas est, quod Diffamatus ad
suum iudicem trahere Diffamatorem hic potuerit, quod-
que ipse à iudice tali, cui parere alioquin non erat obliga-
tus, hoc nomine sit citatus, eique hoc iunctum & silenti-
um impositum fuerit. Alia tamen quoque hic subesse, quæ
ordil.

ordinariâ ratione constant, inficiari nemo potest, maximè
quod iudicium principalis actionis concernit.

XXVII.

Haftenus de Scholastica h. L. resolutione. Nunc e-
am in forum & iudicium, tanquam in pulverem & solem
producam. Exercitium verò illius forense in duobus
præcipuè perspicuum est. (1) In quæstione, quid nimirum
in casu proposito sit juris. (2) in Cautionalibus.

XXIIX.

Ad Quæstionem opus est, tum Inventione, tum Di-
iudicatione. Inventionis duplex officium est. (1) ut sciatur
quid sit in quæstione, (2) ut qualitas intellectæ quæstio-
nis videatur. Prius dependet ex actibus judicialibus in-
ter litigantes exercitis, putâ, partim ex intentione acto-
ris, partim ex defensione rei, & utriusque facta repetitio-
ne, donec in causa concludatur ad Decisionem, unde
demum Quæstio promanar.

XXIX.

Actus isti judiciales h. L. hi fuerunt. Cum Crescens
esset ingenuus, v. c. nativitate, inque eius possessione con-
stitutus; quod ad munia hominum ingenuorum admit-
teretur, Cajus diffamavit ejus statum, dicens, & propalans
in diversis locis, eum esse suum libertum. Crescens im-
ploravit officium iudicis sui competentis, Præsidis scil.
unius & alterius, & recensitâ iudici diffamatione, petiit
citari Cajum, ut contradicendo proponeret suam actio-
nem in hoc Diffamati iudicio, si iuribus suis confide-
ret, alioquin ipsi perpetuum silentium fore imponendum:
Cajus autem publicè privatim vè citatus, non comparuit.
Crescens ergo fide factâ de intimata parti adversæ citati-
one,

one, ejus contumaciã accusavit, petiitque ut denuò ad prædictum finem citaretur. Iudex secunda vice eum citavit: Sed citatus iterum emanfit, adeoque nihil contra Crescentis statũ proposuit. Cum ergo nec litis cõtestationi hãc locus esse queat, per contumaciã Diffamantis, Crescens diffamationem suo judici probavit, iterumq; accusatã Caii contumacia, ipsi perpetuum silentium imponi contendit, & in causa concludit. Quæsitum hinc fuit, An Cajo perpetuum silentium imponendum fuerit? In simul autem hinc inventæ quæstionis qualitas, hoc est, Status qui sit, facilè apparet, nimirum Iuredicialis, ut supra dictum, Thesi xv.

XXX.

Et hinc ergo ad Dijudicationem rectè deventum fuit, scil. quod Crescens à diffamatione Caji, quã gravatus erat, fuerit absolvendus, huicque perpetuum silentium impositum esse debeat. Fit autem dijudicatio per sententiam. Quæ rectè hãc laudatur, verbis. *Vnde constat merito Rectorem Provincia commotum allegationibus tuis, sententiam dedisse, ne de cætero inquietudinem sustineres, h. e. non molestareris.* Adeoque à Cæsaribus Augustis Processus diffamationis jam ante coram Præsidibus ventilatus, absolutusque, Imperatoriã constitutione approbatur. Nam rationes justæ, quare sic pronunciat, sunt, (1) Iniquitas diffamationis (2) Ejusdem probatio. (3) diffamatoris contumacia. Hæc enim omnia naturalibus & positivis legibus convenire, nemo facilè dubitat.

XXXI.

Verùm Cajo diffamare non desit. Hãc ratione ergo aditi Cæsares Diocletianus & Maximianus, & consulti à Crescente fuerunt, super eo, si conquereretur de hoc coram Præside, an Cajo adhuc durius fuerit co-

C

et.

ercendus? Ipsique responderunt Impp. *Præses ab injuria temperari, h. e. desistere præcipiet.* Hæcque Quæstio ejusdem est Status Iuredicialis. Perinde enim est, ac si præscripsissent Cæsares; perseverans in obstinatione (contumaciâ) Cajus majorem injuriam facit, scil. propter reiterationem, ideoque etiam severius est coercendus. Quod si itaque Præses, etiam super hoc puncto sententiam ferret, non minus justa erit, & defendi poterit ex principiis dicti Iuredicialis Status ista pronuntiatio. Idq; per. *l. pen. de bon. aut. ind. possid. l. i. si quis jus dicent. &c.* Denique Cautionalia h. l. sunt formulæ implorationis officii iudicis, citationis, accusationis contumaciæ, probandi diffamationem, sententiæ perpetui silentii, & sic deinceps.

XXXII.

Etsi verò hunc verum esse *nostræ L.* intellectum, nulli dubitemus, aliam tamen postea à Christianis Impp. & ICtis inductam esse interpretationem, incertum non est. Recentiores enim hanc *Legi nostræ* sententiam assignarunt. *Cuius fama aliquatenus est lesa ab aliquo, is potest hunc cogere, conditione ex hac lege, ut litem moveat, & causam suscipiat, de jure quod pretendit adversus diffamatum, & ne ille porro inquietudinem sustineat, diffamanti silentium imponendum est.* Exempla sunt, si Titus spargat, se posse Cajum accusare furti, se scire aliquid de ejus homicidio, adulterio &c. Cajum non esse prædii hujus vel illius justum possessorem: Eum domum hanc vel illam injustè emisse, v. c. metu illato emptori: Eum sibi fidem de matrimonio dedisse, secum concubuisse: Esse suum debitorem: Hereditatem aut certam ejus partem ad se pertinere, quam tamen ille possideat: Cajum se gerere pro nobili, patricio, cum sit plebeius: Illi, qui pretendit se creditorem, esse solutum

lutum, vel actioni ejus præscriptum. Aliquem esse au-
thorem famosi libelli, & ejusmodi alia.

XXXIII.

Et si in rationem inquiras, dicendum censeo, quod li-
cet causæ decidendi in *nostra Lege* sint directæ ad statum, ta-
men ratio generalis subsit, nimirum, quod æquè perini-
quū existat, nocere alterius honori vel famæ in aliis. Quia
enim pars bonæ existimationis sit, non esse homicidam,
nec adulterum, nec alterius rei injustum possessorem, non
libertinum sed ingenuum esse, nemo nisi Suffenus dubi-
taverit; unde est, quod causa Status criminali æquipare-
tur. Angel. rubr. inst. de Except. num. 25. Math. de Afflict.
decis. 250. Rectè proinde generales istæ decidendi ratio-
ne à juris nostri Interpp. aliis, & statuum speciebus, & causis
aliis fuerūt accommodatæ. vid. Ant. Perez. b. 1. n. 10. Ern. Coth-
man. 2. resp. 83. n. 12. & seqq. Quin imò si diceres, usum
hodiernum practicum *L. nostra* nimium quantum à ju-
re scripto Civili recedere; scias, longam istam consuetu-
dinem per annos plurimos ubique observatam, jus non
scriptum effecisse: Incertum enim non est, per commu-
nes Dd. sententias hodiernum consuetudinem, stylumque
curiæ induci, arg. §. 9. de l. N. G. & C. l. 32, l. 34. de LL.
Dn. Brunneman ad Cod. b. 1. Ut frustra sint, qui contra hæc
in foro receptissima, insignemque utilitatem habentia, di-
sputant, maximè, quod Constitutionibus Imperii hæc in-
terpretatio recepta sit, ac propterea praxin hodiernam
d. *L. nostre*, maximè ex parte juri scripto publico inniti,
haud vereamur statuere. vid. Ord. Cam. p. 2. Tit. 25. Recess.
Imp. de Anno. 1654. §. 83.

XXXIV.

Quæ autem sit forma hujus interpretationis latè pro-
ponit,

C 2

ponit imprimis Blarerus *ad h. l. c. 6. & 7.* Nos breviter hoc exposituri dicimus, vocabulum *Diffamare* bifariam accipi à Ictis (1) strictè & propriè, pro honoris seu famæ diffamatione, (2) latè, pro quâlibet molestiâ, seu diffamatione quâ alicui negotium fit, vel fieri timetur, Blar. *in arg. l. h. num. 4. & 8. Wesenb. consil. 96. n. 22. Græv. ad Gail. lib. 1. conclus. 9. num. 22.* De scribitur autè hoc sensu delictum privatū, extraordinariū, quo alicujus status, fama, existimatio, aut bona & res læduntur, aut detrimentum & jacturam capiunt. Georg. Mund. *de Diffamat. cap. 1. num. 38. vid. Deut. c. 22. 14. & seqq. Exod. c. 23. 1. 1. Sam. c. 24. 10. Levit. c. 19. 16. Proverb. c. 11. 13. 1. Corinth. c. 4. 12. 13.* Seu quo jus alterius dubium & incertum redditur, falsâ alterius asseveratione. Blarer. *ad h. l. c. 5. num. 55. & seqq. c. 7. n. 1. c. 10. n. 14. 15. c. 1. n. 9. c. ult. num. 6.* Rectius dici potest factum injuriosum, vel injuriis assimilè, quo alterius famæ, aliisve bonis nocetur, vel noceri timetur. *arg. l. 25. §. 1. de O. & A. junct. l. 19. d. V. S. l. 2. §. 1. de curat. bon. dand. junct. l. f. si ingen. ess. dicat. l. 14. §. sin. verò. de prob. l. 18. eod.*

XXXV.

Fit diffamatio vel in judicio, vel extra illud: coram pluribus vel paucis: *arg. ad. li. dolo vel errore, h. l. Ioach. Mynsing, 3. Observat. 81. num. 3. Blarer hic c. 1. num. 2. 3. 4.* Actio autem inde descendens, an condictio ex Lege, an verò imploratio judicis officii nominanda sit, de eo inter Dd. non convenit. Quidam Remedium *L. nostræ* potius implorationem officii judicis, quam Condict. ex *L. esse*, asserunt, maximè cum verba *L.* ad judicem dirigantur, tunc enim non dari Conditionem, sed judicis officium tantum implorari, docet post Bartol. Arnoldus ab Haersolt. *in doctissimis suis adversar. action: Tit. de Cond. ex lege; tum quod experientia testetur, implorari hodie so-*
lum

In modò judicis officium, ut diffamatum citet, ipsique ad-
signet terminum ad jus suum, quod contra diffamatū præ-
tendit, proponendum, vel perpetuum ipsi silentium im-
ponendum. Gail. 1. Obs. 9. n. 7. vers. & quod. Schurff. Cent.
3. Consil. 103. num. 19. Math. VVesenb. Consil. 96. num. 3. Dn.
Carpzov, Proc. jur. Tit. 20. art. 1. §. 1. num. 4. 5. 6. Verum
nos quoq; Conditionem ex lege hîc competere, defende-
mus; sufficit enim obligationem in hac lege contineri,
verbis licet ad judicem relatis, & imploratione ejus ap-
probata; Vid. Nobiliss. Dn. Præses, Præceptor atque Mæcenæ
perpetuâ animi observantia colendus in Observat. ad VVesenb. Tit.
de Condict. ex L. num. 3. Blarer. ad hanc L. c. 1. num. 4. Inte-
rim tamen negari haud potest, vocabulo actionis gene-
raliori, implorationem istam comprehendi.

XXXVI.

Duplex porro hîc occurrit judicium. (1) Diffamato-
rium summarium, & extraordinarium, contra comm. ju-
ris Regulas. T. T. C. ut nemo invit. agere. In quo de veri-
tate solummodò jactationis & traductionis, & imposi-
tione perpetui silentij agitur, juxta L. cum Titia. 18. de accu-
sar. & l. 6. C. de remiss. pignor. (2) Actionis sive causæ prin-
cipalis, quod ordinarium est, à diffamatore in termino
præfixo comparente institutum; in quo diffamator juxta
terminum præfixum de jure suo agere debet. Gail. d. Obs.
9. num. 7. Myns. 6. Observ. 90. Carpz. Proc. jur. Tit. 20. art.
1. §. 4. num. 30. Rhoding: in Pand. Cameral. lib. 3. tit. 48.
Causa Diffamatorii judicij est, cum actor queritur se à
reo diffamari de suo statu, vel de crimine aliquo, vel de-
bito, vel alio modo, videlicet ratione ejus quod suâ in-
terest, veluti ratione bonorum sive possessionis, in qua
diffamatus jus sibi asserat, & plus juris prætendat quàm
alter habeat. Ord. Cam. p. 2. 1. 25. Gail. 1. obs. 9. num. 1. & 2.
Rhoding. Pand. Camer: lib. 1. Tit. 14. §. 1.

XXXVII

XXXVII.

Omne autem iudicium cum constituatur tribus personis, Actore, Reo, & Iudice. *cap. forus 10. vers. in omni. X. de V. Sign.* locus hicce postulat, ut quæstionem istam, sic satis controversam, quis scil. in iudicio *L. nostre Diffamari* actoris & rei partes sustineat? decidamus. De ea autem nobis hæc sententia est. Sepositâ lege civili, actorem censemus diffamantem, quia (1) diffamando alterum, sive delicti, sive alterius facti, reum arguit (2) dum eum arguit, ad iudicem quoque tacitè provocat, qui cogere possit. Diffamatus itaque reus est. (1) quia factio aliquo gravatur, quod reorum proprium est, (2) apud iudicem est conveniendus. Lex Civilis autem in causis forensibus actorem illum æstimat, qui iudicem actu adit. *l. 13. & seqq. ff. de iudic.* & querelam ex jure personarum vel rerum proponit, *§. 1. de Act. junct. §. 13. Eod.* vel implorat officium iudicis, & ab eo aliquid petit. *l. 23. l. 37. de O. & A. l. 34. l. 178. §. 2. de V. S.* Circa hanc *L.* verò alii putant, in iudicio diffamationis æquè, ac actionis actorem esse diffamantem: Ita contendit post alios Dn. Carpz., præcipuè. *p. 3. Decis. 213. num. 1. & Reinh. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Dissp. 12. thes. fin. lit. C.* Nonnulli verò, & rectius censent, in iudicio diffamationis, actorem esse diffamatum; quod alterum diffamationis arguat, & prius litem moveat. *d. c. forus §. accusator X. de V. S. l. 13. de iudic.* iudicè actu implorando, petèdoq; perpetui silentij impositionem: In iudicio autè actionis actorem esse eum, qui diffamavit; agit enim in causa principali, certumque aliquid contra reum petit *§. 1. de Act. §. 13. Eod.* Et hæc sententia in Camera Imperiali recepta, *Ord. Cam. d. part. tit. 25. ibi. So die Ansuchen de Parthey / die in der Hauptsache antwortet &c. approbata* itidem Christoph. Schvvanmanno, *Proc. Cam. lib. 2. c. 22.*

n. 2. 7. & 8. Gaillo. 1. obs. 9. n. 3. obs. 11. n. 2. & obs. 12. num. 6.
(ubi duabus sententiarum Camerae formulis hoc ipsum
comprobat) & Nobilissimo Dn. Praesidi in *Observat. ad VVe-*
senb. Tit. de iudiciis num. 16. Dn. Richtero *Decis. 100. num. 5.*
6. & multis seqq. novissime Dn Zahnio *Tract. de Mendaciis*
lib. 2. c. 28. num. 1. Quam & nos sequemur.

XXXIX.

Cum ergo in iudicio diffamationis diffamatus sit
dicendus actor, patet exinde, quibus hoc remedium *L. no-*
stra competat. Scilicet omnibus legitimam personam
agendi in iudicio habentibus, qui vel de statu, vel delicto,
vel de crimine, vel de debito, vel aliis quibuscunque fa-
mam aut bona concernentibus, diffamantur, vel de facto
quocunque molestantur, competit. Blarer. *c. 2. num. 1. &*
seqq. c. 12. n. 5. & Dd. Comm. Haec enim lex illa est (verba
sunt Georg. Mundij) quae & cuivis ejus beneficium ob-
servanti, statum suum illaesum, famam integram, existi-
mationem ac dignitatem salvam, & vitam quoque inter-
dum ipsam, extra omnem criminis & discriminis aleam
ponit & conservat, *d. tract. de diffamat in proem. num. 27.*
Indeque eleganter Mynsing. *resp. 25. n. 14.* hoc iudicium,
inquit, habet se instar iudicij uti possidetis. Et nullam un-
quam legem esse scriptam, quae plures in natura habe-
at causas, quaeque his corruptis temporibus magis con-
veniat, dicit Ioh. Oldendorp. *ad d. nostr. L. num. 1.* Blarer.
ad cand. num. 5. Hinc moribus remedium *L. nostr.* ita latif-
simum est, ut tam Civiles quam criminales controversias,
Gomez. *variar. resolut. lib. 3. c. 1. num. 18.* Boer. *decis. 255. num.*
7. Tam reales, quam personales injurias, & actiones. Boer. *d.*
decis. Gail. 1. obs. 9. num. 2. Heig. *part. 1. quest. 8.* Matrimo-
niales itidem causas. Anth. Gabriel. *comm. conclus. lib. 2.*
de act. concl. 6. n. 10. Et Feudales quoque complectatur.

VVe-

VVesenb. *consil.* 6. num. 22. Schrad. *de Feud.* 2. part. princ. 9. sect. 14. n. 62. Ita ut Blarer. *ad hanc. L. c. 6. num. 68.* hoc remedium ad omnes res, casus, & personas extendi posse, opinetur.

XXXIX.

Proinde remedium *L. nostra* patri adversus filium, & filio adversus parentem competit, si fortè alter alterius statum diffamaverit; nam contra diffamantem de statu alicujus hoc remediū competere, certi juris est, Vid. Anthon. de Gama. *Decis. Regn. Lusit.* 202. Græv. *ad Gail. lib. 1. concl. 9. n. 6* Multo magis fratrem unum adversus alterum, sponsū propter puellam sibi desponsatam, vel quā imposterum sibi desponsari cupit, contra tertium, qui prius ejusdem puellæ datam fidē, vel sibi vel alteri prætendit, & per hoc matrimonium impedit, hoc remedio *L. nostra* uti posse, dubio caret. Ethoc casu, quando nimirū diffamatio ratione sponsaliorū præcessit, practicā ex *hac nostra L.* eleganter describit Ioach. à Beust. *de sponsal. cap. 33. usq. ad cap. 38.* Sic etiam liberos posterioris matrimonij, contra liberos prioris matrimonij prætendentes sibi ex successione plus deberi, hoc jure usos fuisse, testatur Dn. Richter *d. decis. 100, num. 16.* Vasallo quoque quod competat hoc remedium adversus dominum, prætendentem, cum feloniam, feudi privatione dignam, commisisse, probat Ludov. Schrader *de Feud. part. nona part. princ. sect. 14. n. 61.* Imo qui verum debitorem appellat alio, quam juris ordine oportet, ut illo omisso tanquam inidoneo, ejus Fidejussores vel bona impetat, vel si verus debitor diffamet, & jactet se per omnia satisfecisse creditori suo, ejus Syngraphas esse sublatas, petitiones abjudicatas: & in summa, pro qualibet molestia, sive diffamatione, & pro qualibet actu inquietativo ex
L. dif-

L. diffamari processum institui posse, tradit *VVesenb. d. consil. 96. num. 20. 21. & 22.*

XL.

Sed quæstio hîc ventilanda venit, An etiam Bannito (der in des Reichs Acht oder Bann ist) remedium *L. nostr.* concedendum sit? Commun. hoc negant Dd. quod per Bannum Imperiale privetur omnibus juris Civilis beneficiis, & extra protectionem juris Communis sit (es ist auß den Frieden in den Unfrieden gesetzet) ideoque jus ipsi reddi non debere, notat *Goedd. in Consil. Marpurg. vol. 2. consil. 28. num. 112. & seqq. per. text. in cap. felicis. ibi, nullus ei debita reddere, nullus in judicio respondere teneatur, X. de penis in 6. Concordat Ord. Cam. part. 2. tit. 9. ibi. Das alle Vera schreibungen / Pflicht und Bûntnus ihnen zustehent / und darauff sie Spruch und Forderung haben möchten / gegen demjenigen / die ihnen verhasstet wehren / ab und todt sein sollen: Hinc pro hostibus patriæ, transfugis, rebellibus & talibus habentur, qui nullo omnino gaudeant privilegio, quos nemo cibo, nemo hospitio, tectoque juvabit. *Juven. Satyr. 30.**

XLI.

Quemadmodum autem remedium *L. nostr.* regulariter omnibus competere, ex paulo ante dictis apparet: ita quoque contra omnes regulariter datur diffamatores, qui aliàs à limine judicij non repelluntur, & contra quos agere possumus, *Mund. d. c. 4. n. 171. & seqq.* Ad eò ut nec privilegiatæ personæ suo singulari privilegio gaudeant in hoc remedio, *VVesenb. d. consil. 96. num. 4.* Quapropter Laicum etiam vigore hujus remedij, personam Ecclesiasticam ad judicem suum secularem trahere posse, tradit *Alex. consil. 103. §. consideratis. vol. 5. Blarer. ad h. l. cap. 3. num. 7.* Et inco-

D lam

iam civitatis privilegiatæ, de non evocando cives suos ad aliud forum, ex *L. Diffamari* conventum, haud obstante privilegio, in iudicio alterius loci comparere teneri, tradit Dn Carpzov. *Decis. 31.* præprimis, quod Diffamans hoc ipso quo diffamat, tacitè ad Iudicem diffamati provocet, & ibi postea agere velle polliceatur. Schurff. *consil. 15. n. 19.* Ut hinc contra seipsum opponere nequeat privilegium, cui ipsâ diffamatione renunciavit, ceu beneficio sibi competenti, arg. *l. si quis. pen. pr. C. de pact.* nec enim reverti licet ad exceptionem declinatoriam, cui semel fuit renunciatum, arg. *l. 25. de Iudic.* Verùm nobis hæc ratio est, quod remedium hoc planè sit extraordinarium. Sic etiã in Camera Imperiali à diffamato imediatè subjecto, non solum contra mediatè, sed etiam contra immediatè subjectũ, quamvis aliàs diffamans privilegio Austregarum gaudeat, & vigore istius privilegij causa principalis non ad Camera, sed ad iudices ordinationis pertineat, processus nihilominus & citatio (quoad iudicium diffamatorium tamen tantum) ex hoc remedio impetrari potest, *Ord. Cam. part. 2. t. 25. ibi. wo aber der Diffamirt &c. Gail. 1. obs. 12. n. 7.* Sicuti in Imperiali iudicio etiam contra Electores privilegiatos, alioquin aut exemptos constanter servatur, & suo tempore processus decretos esse, quamvis magnâ adhibitâ deliberatione, Archiepiscopo Trevirensi, contra Reginam Hungariæ, Mariam, & Brabantinos, testatur Mynsing. *centur. 5. Observ. 81. n. ult.* Hoc igitur nomine conditionem ex *L. nostra* supra cæteras actionum formulas triumphare, tradit Blarer. *d. c. 4. n. 21. infra.*

XLII.

Quanquam autem remedium *L. nostr.* sit generale; idem tamen de eo dici potest, quod de aliis regulis prædicatur: Nullam scil. regulam dari absque exceptione. Hinc etiam

etiam (1) contra Bannitum remedium *hujus L.* de jure non
competere, verius videtur, frustra affirmativam tuenti-
tibus Georg. Mundio. *c. 4. num. 167. & mult. seqq.* & Blarero
adh. L. c. 3. num. 9. Hâc enim ratione per indirectum i-
psi concederetur, quod directio negatur; & cum jura sua
in judicio agendo proponere non possit, frustra decerne-
retur citatio, Gail. *de pac. publ. lib. 2. c. 11. n. 7. 8. & 9. & c.*
12. num. 24. & 28. Græv. *conclus. 9. consid. 2. circ. fin. lib. 1.*
junct. Gædd. d. consil. 28. num. 118. Omnes enim obligatio-
nes & actiones jure communi & Constitutionibus Impe-
rii amisit, per ea quæ *thesi XL.* dicta sunt, (2) *Ex L.*
Diffamari non potest quis experiri adversus possidentem, ad
turbandam ipsius possessionem. Nemo enim tenetur a-
gere, vel juris sui titulum docere, sed commodo posses-
sionis tamdiu fruitur, donec contrarium probetur, §. 4.
vers. commodum. Inst. de Interd. Dn. Carpzov. p. 2. Const. 7.
defin. 13. (3) Non datur processus *ex hac L.* cōtra creditorem,
qui debitum conditionale, vel in diem prætendit: Ante
diem enim vel conditionis eventum nemo recte agit, §.
2. Inst. de V. Oblig. l. 44. §. 1. de O. & A. & fundatur hoc ju-
diciū non super jure futuro, sed præsentī. Heig. *p. 2. quest.*
6. n. 19. Hinc etiam est (4) quod contra non diffamantes
hoc remedium non detur. Cagnol. *adh. l. num. 14.* abs-
que summariâ enim diffamationis probatione, proces-
sus & citatio *ex h. l.* non decernitur, uti pluribus
infra dicetur: Quamvis interdum casus evenire possit, ut
ratione quorundam diffamantium, generale judicium,
contra quoscunque jus in aliqua re prætendentes, etiam
adhuc tacentes, fundetur, uti in concursu creditorum in
causa Brandenburg/ contra Brandenburgische Creditores,
in Camera ita observatum fuisse, testatur Gylman. *in*

Symphorem. part. 1. Tit. 9 in Exam. Proc. L. Diffam. num. 10. De-
nique (5) Doctores & Professores non posse coram ex-
traneo iudice ex L. Diffamari conveniri, tradit Dn. Richter.
d. decis. 100. n. 24. propter privilegium Aurb. Habitâ 6. Ne sit.
pro patr. Ne scil. Professores ad peregrinum vocati Tribu-
nal, studiis suis & operis Academicis vacare impedian-
tur, quod ipsum favor studiorum haud patitur: tum quod
in d. Aurb. expressè contineatur, ad nullum alium iudicem
extraneum, præter tres illos in Aurb. nominatos eosdem
vocari debere aut posse; jam ergo, quod directè fieri pro-
hibetur, per indirectum non est concedendum. Vid. Gram.
mat. Decis. 61. num. 1. tum quod idem favor studiorum
militet in processu L. diffamari, qui in aliis processibus ob-
tineat. Vid. D. Richt. d. decis. 100. ibidemq. inserti responsion:
decid. 9. 10. 11. 12. & seqq. Idem hoc & in Studiosis propter i-
dentitatem rationis obtinere, affirmamus.

XLIII.

Affinitate junctum est præcedentibus hoc quæ situm.
An etiam heredibus & in heredes remedium *L. nostra*
competat? Dicendum omninò, id ipsum & activè & pas-
sivè in heredes devolvi. *arg. pr. Inst. de perp. & temp. act.*
Introductum enim non est à Prætorè, ut actio injuriarum,
cum qua similitudinem aliquam habere videtur, sed ab
Impp. uti patet ex inscript: *Leg. nostra. Mundius 6. 7. num.*
34. & seqq. VVesenb. vol. 3. Consil. 142. num. 43. & seqq. Ex
inde quoque facili negotio apparet, perpetuum esse hoc
remedium: Est enim *Condictio ex L.* (quod genus acti-
onum perpetuum esse, nemo dubitat) & præterea quæ-
dam species defensionis, ac officij iudicis imploratio, &
quidem favorabilis ac privilegiata, quæ ut aliæ actiones,
imploratione iudicis officij constantes, non unius anni
sed

sed 30 annorum spacio præscribuntur. *l. 3. ibique Gorbosfr.*
Et Dd. C. de prescript. 30. l. 40. annorum Mund. d. c. num. 14. Et seqq.

XLIV,

Postquam dictum hætenus, quis Actoris quis Rei partibus fungatur in hoc iudicio, pergimus ad Competentiam iudicis. Iudex autem competens hic rectè constituitur is, cuius jurisdictioni diffamatus, tanquam reus in causa principali, subiectus est; prout concors est Interpretum opinio, usufori satis probata. Vid. Gail. *d. Obs. 9.* Mynsing. *6. obs. 90.* Dn. Carpzov. *Proc. jur. Tit. 20. art. 2. §. 1.* Blarer. *ad L. nostr. c. 4. n. 2. Et seqq.* Trentacinq. *lib. 1. practic. resolut. Tit. de Diffamat. num. 6.* Diffamans enim, cum actor sit ratione causæ principalis, & in iudicio actionis, uti dictum supra *Thes. 37.* apparet eundem teneri sequi forum Rei, per *l. fin. C. ubi in rem act. l. 2. C. de iuris d. omnium iud.* & quia tacitè, diffamando vel traducendo alterum, eundem iudicem videtur elegisse, & id, de quo eum traduxit, coram illo persequi voluisse. Kubach. *cent. 3. decur. 10. quest. 6.* Verùm magis placet ratio, quod hoc extra ordinem in odium diffamatorum ita constitutum sit, hæc *L. Et arg §. 14 I. de Action.*

XLV.

Quemadmodum autem reus plures habens iudices, non nisi coram ordinario suo competente iudice, primæ instantiæ, regulariter conveniri potest ac debet; Ita etiam Diffamato licitum non est, ut neglecto suo iudice primæ instantiæ, statim superiorem, ad quem per appellationem demum pervenitur, adeat, & ita diffamantem in ipsius præiudicium privilegio primæ instantiæ defraudet. Mund. *d. tract. c. 5. §. 1 n. 53.* Gylman. *all. loc. num. 9. Et. 20.* Quo inclinare etiam videtur textus in Ordin. Cam. *part. 2. tit. 25. verbis, auch dadurch den Partheien / wieder der Keiserlichen*

den Majest. und des Reichs Ordnung / ihr ordentlich getriche
und Instanz abgeschritten / und entzogen werden. Si vero
Diffamatus jure communi plures judices competentes,
qui in jurisdictione pares sunt, habeat, eo in casu per præ-
ventionem quidem eligere potest, quinam judex in ju-
dicio diffamatorio terminum ad agendum statuere, aut
postea diffamanti, agere nolenti vel cessanti, observato
processus ordine, perpetuum silentium imponere debeat;
Diffamans tamen coram eo ipso iudice, actionem quo-
què principalem præcisè instituire non tenetur, nec ex-
ceptione litis pendentiæ repelli potest, sed sufficit, modò
intra tempus sibi assignatum, actionem in causa principa-
li coram alio diffamati iudice competente, intendat.
Et ita præventio in iudicio diffamatorio, præjudicium in
causa principali non parit; Separata enim sunt iudicia,
quorum etiã diversi fines; ex separatis autem nihil infertur
l. 20. de minorib. 25. annis, l. ult. ff. de calumniat. Gail. 1. Obs.
11. num. 6. Bernh. Græv. lib. 1. concl. 11. n. 3. Zanger. de Except.
part. 2. c. 13. n. 14. & seqq. minus rectè dissentiente Blarero
c. 4. num. 40. & Mundio d. c. 5. §. 1. n. 36. & seqq. Secus ta-
men esse putamus, in diffamato, qui habet electionem ju-
dicum ex privilegio, ut sunt Studiosi, & qui præterea vi
Auth. habitã. C. ne fil. pro patre, plures judices habent. Hi e-
nim conventi coram uno, possunt alium eligere, & pete-
re, ut ad eum remittantur. Carpz. d. l. num. 17.

XLVI.

Cum autem iudex nisi rogatus, officium suum inter-
ponere non soleat. *l. 4. §. 8. de damn. inf.* Et ipsi antequam
processum & citationem decernat, prius de facto consta-
re debeat. *Mindan. 1. de process. 1. n. 6.* hinc primò omnium
Libellus supplex, qui plerumque supplicatio. *l. unic. C.*
de

de Scis. l. 6. C. si cert. pet. vocatur, pro impetrando pro-
cessu, & citatione, à diffamato in scriptis offerendus est,
aliàs citatio proprio iudicis motu emissa, nullius est mo-
menti. Gail. 1. Obs. 50. num. 3. Ord. Cam. p. 1. tit. 22. §. 4.
Qui libellus tamen in super requisita sua substantialia ex-
quisita ratione continere debet. Blarer. c. 5. num. 4. h. Præ-
primis autem aptâ petitione & conclusione constet: In
hâc enim tota vis libelli supplicis vertitur, & iudex potif-
simum ad illam respicere debet. Semper autem in illo of-
ficiis iudicis implorandum est, ut diffamanti terminum
certum ad agendum constituat, & non comparenti, neq;
agenti, per sententiam suam perpetuum silentium impo-
nat. Blarer. ad h. L. c. 5. n. 22. Boer. d. decis. 225. num. 9. cui
petitioni plerumque subjiciuntur clausulæ salutares, uti
à pragmaticis vocantur, de quibus tractat Mund: c. 5. §. 2.
n. 39. usque ad num. 52. & ab eo alleg. Dd.

XLVII.

Ulterius autem, ad obtinendam citationem ex pra-
ctica L. nostr. Diffamari, opus est, ut supplicans, diffama-
tionem factam esse, aut per Instrumentum publicum, aut
per literas diffamationis, aut picturas, quibus fortè diffa-
mans diffamati personam, famam vel jus competens læ-
dere ausus fuit, vel per alium modum summarie probet.
Gail. 1. obs. 10. num. 7. Boer. d. decis. 225. n. 7. Gabriel. com.
concl. 6. n. 24. Licet enim aliàs regulariter, quoad fun-
dandam jurisdictionem, in extrahendis Processibus nudis
narratis supplicantis credatur, Gail. 1. Obs. 31. num. 1.
dummodò de falsitate aperte non constet; tamen hoc
in practica L. nostræ non procedit, sed summaria quædam
cognitio, ratione factæ diffamationis præcedere debet.
Cla-

Clara enim de hoc extat sanctio Imperatoria in Ord. Cam.
part. 2. tit. 25. vers. Das auch Cammer-Richter und Bes
sizer / ehe und bevor sie solche Proces erkennen / durch schrifte
liche oder andere gläubliche Brkünde und anzeige informiret
und berichtet sein. Propterea diffamationis probatio, u
nâ cum supplicatione, judici, ad ipsius informationem re
ctè porrigitur, Blarer. *c. 5. n. 10.* & quantum periculi, vel
præjudicii, vel dedecoris, vel detrimenti ex ejusmodi dif
famatione immineat, quatenus quoque non ita diffamari,
diffamati intersit, demonstratur. Blarerus. *alleg. c. 5. n. 25.* Ita
quidem de hodierno stylo Camera: In inferioribus
autem judiciis nudis cepis & narratis, absque sum
mariâ diffamationis probatione fides habetur. Et in
hisce terminis diffamato in libello suo omnino consisten
dum erit. Hinc haud assentiri possumus Viro doctissimo,
Bernh. Græveo, statuenti, in libello supplici, implorati
one officii judicis peti posse, se declarari non esse culpa
bilem, vel reum criminis, cujus forte ab altero accusatus
est. *Concl. xi. num. 4.* Impensas tamen, quas diffamatus
ratione probandæ diffamationis, & in extrahendo pro
cessu ratione litis fecit, simul peti posse, nullum dubium
est. *Mund. tract. de diffamat. c. 5. §. 2. n. 91.* VVesenb. *conf.*
96. n. 23. in fin. Et iudex diffamantem non comparentem,
in istas diffamato, si petitæ sint, condemnare debet, ali
às litem suam facit. *Blar. d. c. 5. num. 38.* Usitatè autem in
fine supplicationis ita peti solent: mit Abtrag derer diff
fals verursachten Schäden und Unkosten, de futuris pro
testando.

XLIX.

Supplicatione ita judici porrecta, & diffamatione
cognitâ, iudex Citationem rectè decernit, quæ iterum
necessariis suis requisitis constare debet; semper tamen
juxta

juxta stylum curiæ facienda. Afflict. decis. 133. n. 3. Vant.
de nullit. sent. ex defectu citat. num. 31. ne aliàs invalida sit, & vi-
tio aliquo laboret, tunc enim nullum producit effectum.
Vant. d. l. n. 10. & 22. Citatio autem prout alia publica est, a-
lia privata, VVesenb. de in jus vocand. n. 13. alia dilatoria, alia
peremptoria. l. 69. & seq. ff. de Judic. ita quoque diffamator
pro qualitate negotii, & circumstantiarum, judicis item
arbitrio, vel privatim ad domum, vel publicè per Edictum,
Durch einen öffentlichen Anschlag / vel tribus distinctis vi-
cibus, vel per emptoriè citari poterit. Si verò diffamans
subditus vel civis fuerit alterius territorii, aut civitatis,
tunc per literas subsidiales, vel mutui compassus citatur,
quibus rogatur judex territorij istius, ut jubeat citatum
in loco citantis in termino præfixo sub comminatione
comparere. Gail. 1. Obs. 56. num. 5. ibidemque Graveus.
Schvvanm. Obs. 163. num. 11. Quod si hic citationem insi-
nuare recuset, edictalis citatio decerni potest. Dn Richter.
d. dec. 100. n. 60. Sin autem jurisdictioni judicis diffama-
tor sit subjectus, executio citationis juxta præscriptum
in Ord. Cam. modum, vel cujusque judicij stylum faci-
enda est. part. 1. tit. 38. Gail. d. Obs. 54. per. 101. An verò diffama-
tor realiter citari, h. e. an causâ nondum à magistratu
in judicio legitimè cognitâ, incarcerari possit, aut debe-
at? de eo sunt qui dubitant. Dicimus autem quod sic:
si per diffamationem atrocissima sit alicui illata inju-
ria, panâ publicâ digna. Nicol. Reusn. lib. 2. Consil. 19
num. 12. 13. & seqq. Ut autem de legitimè facta executio-
ne citationis appareat, relatio nuncij ad acta diligenter
annotari debet, ad hoc ut sit pars actorum: Hæc enim
relatio quoad validitatem citationis, necessarium requisi-
tum est. Mynsing. cent. 1. obs. 77.

E

XLIX.

Inis insinuatae citationis aliàs est citati comparatio. *arg. l. 47. de re judic. Ummius in disp. ad Proc. jud. s. n. 68.* At in nostro *L. Diffamari* iudicio principalis citationis finis est, ut citatus deliberet, ejusque voluntati relinquatur, velitne agere vel non; *Gylm. Symphor. supplic. p. r. tit. 9. n. 28.* Si igitur citatus suâ interesse putans, & probationibus suis confidens, in termino compareat, & jus suum, quod contra diffamatum prætendit, deducere velit, necesse est, ut ordinarium & solennem processum, ejusque debitas & à jure requisitas solennitates observet, *Georg Mund. d. tract. c. 5. §. 4. n. 4. Gylman. alleg. loc. n. 15.* Quamprimum enim diffamator libellum in causa principali iudici offert, sibi que jus & justitiam administrari petit, iudicium diffamatorium *L. nostra* vires suas amittit, & quasi evanescit, nominaque litigantium mutantur, & ex Actore fit Reus & ex Reo, Actor: *Mund. alleg. loc. Blar. c. 8. num. 1. & seqq.* Hinc usitatè sententia in iudicio actionis sic formari solet. *In Sachen A. Klägers / und in iudicio principali Beklagten an einem / B. beklagten und nunmehr Klägern am andern Theil &c.* In quo iudicio quoque diffamatum reum omnibus ac singulis beneficiis, quæ aliàs reis indulta sunt, & competere possunt, frui, & exceptiones sibi competentes jure opponere posse, tradunt *Contard. ad. h. l. nostr. c. 5. num. 8. Cagnol. ibid. num. 4. ibiq. alleg. Dd.*

L.

Accidit autem interdum ad emissam citationem, ut quamvis diffamans quidem compareat, tamen actionem suam in iudicio principali non statim intendat, sed diffamationem à se factam esse neget. *Mund. d. c. 5. §. 4. n. 8.*

Blar. c. 7. num. 9. Et hoc casu diffamatus diffamationem probare tenetur. *l. 2. ff. l. 8. l. 13. C. de probat.* Ord. Cam. part. 2. Tit. 25. ibi. und darauß die Diffamation wie sich gebüret in Recht dargethan &c. Nam aliquid dictum, vel factum esse non præsumitur, & propterea ab eo, qui affirmat, meritò probandum est. Pacian. *1. de probat. si. n. 3.* quisque enim præsumitur bonus, donec contrarium probetur, per *cap. fin. X. de præsumpt.* Gail. *obs. 110. num. 6.* Diffamatione autem legitimè probatâ diffamanti iterum terminus constituitur, in quo in iudicio principali agere tenetur, sub comminatione impositionis perpetui silentij. Gail. *d. obs. 12. n. 3.* Quod si vero diffamatus deficiat documentis, vel alio modo diffamationem probare nequeat, totâ causâ cadit, & diffamans absolvitur & liberatur *l. 4. C. de Edend. l. 8. C. de. probat.* Ille vero huic expensas refundere tenetur *l. 13. §. 9. C. de iudic. c. 4. de pœnis.* Gail. *d. obs. 12.*

LI.

Interdum autem Diffamans citatus comparet, & exceptiones sibi competentes in iudicio diffamatorio opponit, petitque, ut iudex super iisdem cognoscere velit. Mund. *d. c. 5. §. 4. n. 21.* Blar. *c. 7. num. 9.* Quæ exceptiones ratione causæ, & circumstantiarum variæ esse possunt, & desumuntur, vel ex persona iudicis, ut Exceptio incompetentiæ, siue declinatoria fori, quando videlicet diffamator ordinario iudice primæ instantiæ omisso, statim superiorem, à quo appellari non potest, adiit. Blar. *d. c. 7. num. 11.* Mund. *d. c. num. 26.* Id quod etiam in Camera Imp. in causa Brandenburg contra Brandenburgische Creditores, ponderatum esse, apparet ex Gylman. *d. tit. num. 20.* Item Exceptio suspicionis; tutum enim non est coram suspecto iudice litigare, cum sine suspicionem omnes lites procedere.

re debeant, Donell. 17. comment. 25. in fin. vel ex eius facto, ut exceptio termini angusti, Zang. 2. de Except. c. 6. vel ex occasione loci & temporis. Unde Exceptio loci non tuti. Zang. d. tract. 2. c. 5. & exceptio feriarum. Quaedam etiam exceptio ex persona diffamati provenire potest, qualis est Exc. legitimationis, quæ non tantum contra diffamatum ipsum, arg. i. t. C. qui legit. pers. stand. in judic; sed etiam contra eius Procuratorem rectè opponitur. Denique exceptionibus quoque ex ipsa causa provenientius diffamantem uti posse arbitramur; qualis est Exceptio litis pendentis, qua utitur quando liseâ de re, quam diffamatus vi remedii *L. nostræ* ad alium judicem trahere intendit, coram alio judice pendeat. Zanger. 2. de de Except. c. 13. n. 1. & 6. Coler. de process. executiv. part. 4. c. 1. n. 38. Item libelli obscuri & inepti, ineptæque cumulationis, de qua Zang. d. tract. lib. 2. c. 19. num. 12. & 21. sunt & aliæ quam plurimæ, quas circumstantiæ causarum in praxi abunde ministrant. Secus est in exceptione cautionis pro expensis, & de reconventionem, quam diffamator hinc minus rectè opponit: Carpz. in Proc. Tit. 20. art. 3. §. 2. n. 6. Licet enim talis exigi ab actore possit, qualis est diffamatus in iudicio diffamationis, tamen non est ille actor merus, sed secundum quid, & diffamando prius provocatus, atque quoad iudicii ordinationem, secundum extraordinaria iustitiæ principia; Quod itaque in ejus commodum inductum, in ejusdem odium detorquere iniquum est, ceu rectè contendit hic Contardus.

LII.

Hinc Q. An in uno eodemque libello Processus ex *L. Diffamari* cum actione injuriarum cumulari possit? Et negativa verior videtur, contra Georg. Mund. d. tract. c. 5. §. 2. n. 124. Actionum enim sibi invicem contrariarum
non

non est admittenda cumulatio *l. 1. C. de Furt. l. 16. C. de iur. off. Test.* Has autem sibi invicem esse contrarias, apparet exinde, quod *L. Diffamari* actio detur ex diffamatione, quæ obliquè tendit in alterius famæ, honoris, bonorum, &c. detractionem. Actio autem injuriarum directò competit ex detractione contumeliosa, animo injuriandi facta. Blarer *ad L. diffam. in arg. num. 2. 3. 4. 6.* Quia nec omnis diffamatio injuriam involvit, ut supra diximus: vid. Andr. Gail. *1. obs. 9. n. 7. ib. demque Græv. consid. 1. num. 4. Dn. Carpzov. part. 4. constit. 42. defin. 15. & Sigism. Finckelthaus Observ. pract. ss. per tot.* Si verò conditione ex *L. diffamari* actum sit, quin postea actio injuriarum institui possit, nulli dubitamus. Finckelthaus. *d. l. num. 8.* Imo cum reipubl. & privatorum maximè inter sit, hujusmodi diffamationes compesci, adversus diffamantes præterea de dolo & interesse, nec non actione in factum, habito tamen discrimine causarum, agi poterit. Blar. *c. 1. n. 5. Roman. consil. 35.*

LIII.

Si autem diffamans ad emissam, legitimeque infirmatam citationem neque agit, neque excipit, sed planè non comparet, tunc iudicium *L. nostra* vires suas exercet. Mund. *c. 5. §. 4. n. 10. Blar. c. 8. in princ.* quod fit, quando diffamatus in termino præfixo diffamantis contumaciam debito modo accusat: absque accusatione enim contumacia non contrahitur, *l. 13. §. 1. C. de judic.* Gail. *1. obs. 55. num. 6. & seqq.* Hoc verò in casu rursus novo libello, in quo merita causæ deducantur, opus haud esse, putamus. Gylman. *d. loc. num. 1.* Licet autem aliàs contumacia eorum, qui jus dicenti non obtemperant, litis damno coerceatur. *l. 5. ff. de re judic.* cum ejusmodi malitiæ non sit indulgendum: Attamen cum hîc de pleno diffamantis præjudicio, & omnimodâ juris amissione agatur,

tur, Gail. 7. obs. 12. num. 5. ipsi in primo termino non statim
perpetuum silentium imponitur. Dn. Carpz. *proc. jur. tit.*
20. art. 3. §. 4. n. 19. Blarer. *c. 8. n. 17.* Sed denuo petitur ci-
tatio, ut termino sequenti se sistat, & provocationi re-
spondeat, *hac L. nostra* ibi, *vocitas se diversam partem*, quod
verbum frequentativum est, & binam citationem ad-
minimum indicat. Carpzov. *d. l.* Idem etiam in Camera
Imper. observari testatur Gail. *d. num. 5.* Mynsing. *cent. 3.*
observ. 86. Interim accusatâ contumacia in Iudiciis nostris
interlocutoriè solet pronunciari, in hunc ferè modum,
Das beflachte die Unkosten dieses Termins / auff Richterliche
ermessigung klägern zu erstatten / nach anderweit vorgehens
der peremptorischer Ladung zu erscheinen / und auff die / wieder
ihn angestellte diffamation Klage sich ein zulassen schuldig /
er thue nun solches oder nicht / so ergeheth drauff ferner was
secht ist.

LIV.

Cum igitur vi prædictorum unica Citatio, ad im-
positionem perpetui silentii non sufficiat, sed potius pro-
cessus postulet, ut diffamatus pro renovatione citationis
supplicet, & diffamantem citari curet: Eâque citatione
impetratâ & legitimè executâ, si diffamans in contuma-
cia sua persistat, diffamatus in termino præfixo ad contu-
maciæ accusationem denuò procedit, & iterum petiti-
onem suam, ut diffamanti jam notoriè contumaci, per sen-
tentiam perpetuum silentium cum refusione expensa-
rum, imponatur, summarie reperit. Gail. *d. observ. 12. n. 6.*
Quo factò, si diffamator iterum emanat, in Camera Imp.
impositio perpetui silentii, absque ulteriori dilatione se-
quitur, testante eod. Gail. *d. Obs. 12. n. 6.* In inferioribus
autem iudiciis post secundam citationem diffamanti non
statim silentium imponitur, sed ut plurimum tertia cita-
tio decernitur, observantia fori hoc probante, teste Dn.
Car-

Carpzov. d. l. arr. s. num. 14. & quidem sub hac comminatione, das beflagter bey endlicher Straffe ungehorsams zu erscheinen / und voriger Citation folge zu leisten schuldig / mit dieser Verwarnung / das auff sein ferners aussenbleiben / auff Klägers gebührliches Ansuchen / des gebetenen ewigen Stillschweigens halber / und sonst ergehen solle / was recht ist. Si verò in prima sententia apposita fuerit comminatio perpetui silentij, & diffamator sub eadem clausula vel comminatione iterum citatus emanerit, tertiâ vice eundem citandum esse, haud censemus; addita enim comminatio effectum sortiri debet, sibi que imputet diffamator, quod eam despectui habuerit, & non comparuerit, jura enim vigilantibus sunt scripta l. 24. in fin. *Qua in fraud. credit.* & damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, *per vulgaram juris Reg.* Nisi fortè in secundo termino probabile aliquod impedimentum allegare possit. Dn. Richter. d. decis. n. 72. Ita quoque necesse non est tertiâ vice iterari citationem, quando de diffamantis contumacia notoriè constat, ut si respondit, se planè comparere nolle, vel si procuret, impediatvè, ne sibi citatio insinuetur. VVesenb. d. consil. 96. n. ult. Gilhausen. alleg. loc. n. 117.

LV.

Hinc denique, si ad emissam tertiam citationem diffamans non compareat, & contumaciam contumaciâ cumulet, ipsi ad iteratam diffamati petitionem tandem silentium perpetuum imponitur, hâc usitatâ formulâ. Auff fernere weit beschuldigten Ungehorsamb in Sachen L. diffamari A. Klägers an einem / B. Beflagten am andern theil ist B. solcher Sachen halber / allem fürbringen nach / nunmehr ein ewig Stillschweigē auffzulegen / als wir ihme dasselbe hiemit aufzulegen

Allegē / und ist er darneben die Gerichts-Kosten dieser instanz uff
Richterliche Ermessigung Klägern zu erstatten schuldig / *B.
N. W.* Exinde manifestum est, ait Blarerus *d. tract. c. 11.
num. 3. §. 4.* in hoc iudicio executionem sententiæ, per
quam diffamanti super diffamatione sua ac ipsa cau-
sa perpetuum silentium est impositum, non in gra-
viorē pœna aut solutione, seu restitutione alicujus rei,
sed in silentij præstatione sitam esse. Quæ silen-
tij impositio tamen ad jus de novo, & post sententi-
am acquisitum extendenda non est: quæ enim de novo
emergunt, novo indigent remedio. *l. 11. §. 8. de interro-
in jur. fac.* Blarer. *c. 8. num. 47.* Quod si sententiæ non pa-
reat, quin refractarius ille pro qualitate diffamationis,
& conditione diffamati, carcere, mulctâ, relegatione, vel
alia pœnâ arbitrariâ coerceri & puniri possit, nullum est
dubium. *arg. L. nostra.* Blar. *d. c. 11. num. 5.*

LVI.

An autem hæc sententia à iudice lata interlocuto-
ria sit, an verò definitiva, de eo controvertunt Dd. Qui-
dam enim pronunciationem istam, sententiam esse pror-
sus negant: Quidam eam purè definitivam esse contem-
dunt: Nonnulli interlocutoriam tantùm. Alii verò inter-
locutoriam vim definitivæ sententiæ habentem eam esse
dicunt: Quibus & nos calculum adjicimus, moti præpri-
mis hæc ratione, quod, cum in casu *L. nostra* lis non
fuerit contestata, definitiva sententia contra non agen-
tem ferri non possit. *l. unic. ibique Gloss. C. de plus petit.* De-
inde cum neutra partium jus suum in iudicio deduxerit,
nec in ipsa causa pronunciatum, sed tantum ad diffamati
petitionem diffamanti silentium sit impositum, & ita hæc
sententia aliam sententiam non expectet, optimo jure
senten-

sententiam hanc interlocutoriam vim definitivæ habentem dici posse, censemus. *Mund. d. c. s. §. 5. n. 27. 28. & seqq.* Consequitur quoque hæc sententia, uti quælibet alia, post decendum effluxum, à die publicationis computandum, rei judicatæ vires, *l. 1. ff. quando appell. & autb. hodie. C. de appell. &* hunc effectum habet, ut diffamans postea de præterito suo jure amplius non audiatur. Conditione autem hanc, vel sententiam ex *judicio L. nostræ*, haud infamare, testatur Schvvanman. *Proc. Cam. lib. 2. c. 22. num. ult. VVesemb. d. consil. 96. num. 4.* qui, nec magis, inquit, hoc potest videri pertinere ad injuriam diffamantis, ejusvè ordinarij, quam cum alius quivis actor pertexendæ actionis gratiâ, ad forum rei citatur. Finis enim citationis hinc est, ut diffamator aut jure agat, aut ab iniqua jactatione absteat. *Gail. d. Obs. 9. num. 6.*

LVII.

Quod si diffamans post publicatam sententiam, adhuc suâ interesse, & se gravatum putet, necesse est, ut remediis suspensivis utatur, quib⁹ vires rei judicatæ impediatur. Qualia præprimis sunt Appellatio, Supplicatio, Leuteratio, & Revisio actorum. Cum ergo quilibet, qui per sententiam gravatum se existimat, appellare regulariter possit, *l. 1. de appell. Gail. 1. Obs. 128. n. 1.* dubium non est, quin etiam diffamans per sententiam gravatus, totam causam per remedium appellationis ad superiorem devolvere queat; modò intra decendum à die latæ sententiæ ritè interponatur, eaque legitimè interpositâ & iustificatâ, sequitur prioris sententiæ in *judicio inferiori latæ, vel confirmatio, vel reformatio. VVesemb. in parat: de Appel. lat. num. 10.* Quando autem sententia vires rei judicatæ consecuta est, appellatio non conceditur. *l. fin. C. sentent. rescind.*

F

rescind.

rescind. non poss. Blarer. c. 10. num. 12. Remedium revisionis actorum, quod ultimum & extremum appellat Gail 1. *Observ.* 153. num. 1. etiam in Camera, in iudicio *L. nostrae diffamari* locum habere, attestatur idem Gail 1. *Observ.* 133. *in fin.* De reliquis idem iudicium est.

LIIIX.

Haecenus de iudicio diffamationis. Iudicium autem principale, sive actionis summatim saltem exhibeam. Actor quam primum in iudicio comparet, agere, & intentionem suam contra diffamatum probare paratus, processus ad similitudinem aliarum causarum observatur. Nimirum libellus porrigitur, exceptiones opponuntur, lis contestatur, iuramenta deferuntur, testes & instrumenta producuntur, & reproducentur &c. Paucis ut me expediam, omnia quae ad processum ordinarium spectant, peraguntur. Blarer. c. 7. num. 9. & c. 9. pr. Gylm. *Symphor.* part. 1. tit. 9. num. 18. Notabile imprimis est (1) quod in hoc iudicio diffamator cogatur diffamato exigenti praestare cautionem de expensis & Reconventionem. Et sic reconvenitur recte etiam in eodem hoc iudicio Actionis ratione injuriarum. (2) Ubi diffamans suscepit quidem probare suam actionem, sed non probavit, nihilominus ipsi, etsi res acta sit in iudicio actionis, perpetuum silentium imponitur. *juxta l. fin. C. de R. Vind.* Blar. c. 7. num. 20.

LIX.

Ceterum hic usus est hodie *nostra L.* ex jure communi. Quia verò procedente tempore in supremo Camerali iudicio ista multi abusi fuerunt, eam ad quamlibet, etiam obulariam causam applicantes: Hinc de restringendo ejus usu & praxi cogitatum est, primò in Comitibus Augustanis seculi praecedentis, anno 306, dito *Recessu* §. 93. quan-

quantum quidem causas, & partes litigantes in Augusto illo Imperii, summoque Tribunali attinet.

LX.

Rursus Anno 1532 in Recessu Ratisbonensi. §. 2. sancitum est (1) Ne processus ex *L. diffamari* in Camerali iudicio capti intermitterentur, (2) quod obtinere ibidem debeant certis tantummodò in causis, scil. fractæ pacis, injuriarum, & aliis, (3) inter personas Imperij immediatas, (4) ut causæ cognitio ratione diffamationis præcedat.

LXI.

Anno autem ejusdem seculi 55. in Ordinatione Camerali p. 2. Tit. 25. non modò primum repetitum, ac de novo prohibitum fuit, sed & 2. 3. 4. iterum seriò inculcatum. Singulare verò in illis animadvertere est, quod causæ prædictæ *L. Diffamari* etiam ad similes extendantur, verbis *d. Ord. Cameral. in Fridbruchigen/ Schmach / und andern dergleichen Sachen.* Cæteroquin Processus juris Civilis & ordinarius hîc apertissimè confirmatur, *sub finem.*

LXII.

Tandem novissimo Imperij Recessu, de Anno 1654. §. 83. (1) prohibitus est abusus remedij *hujus L.* (2) itidem firmatur processus juris Civilis. (3) imperatur ut diffamatio disertè nominetur, & aliquo statim cum supplicatione pro processu impetrando ante citationem doceatur. (4) Post citationem plenè probetur, indeque vel in Cam. Imper. retineatur ille processus, vel remittatur.

LXIII.

Notandum ergo, ex Camerali jure ad fundandum hunc processum tria requiri. (1) est, ut supplicans sive diffamatus

F 2

matus

matus imperio immediatè sit subiectus. *d. Ord. p. 2. tit. 25. pr. vers.* auch nicht anders &c. (2) Diffamatio sit gravis, & talis quæ pacem publicam turbare, & scandulo esse possit. *Ord. Cam. d. 1. 25.* (3) ut fides quædam Camerali iudicio, antequam citetur diffamator, de diffamatione fiat, *d. 1. 25. & noviss. Rec. Imp. de Anno 1654. §. 83. verb.* Durch schriftliche oder andere glaubliche Vhrkund und anzeigentlicher massen dar gethan und erwiesen. His requisitis concurrentibus citatio super constitutione *L. diffamari* in Camera decernitur. *Gail. 1. Obs. 10. num. 8. Schvvanman. Obs. serv. 162. num. 14.*

LXIV.

Cæterùm, quia Constitutio *L. Diff.* duas solum causas exprimit, in quibus ea obtineat, & tamen alias similes includit, non solum *Ord. Cam. p. 2. tit. 25. verbis*, und anderen dergleichen Sachen, sed & *Rec. Imp. de Anno 1532. Tit. Cammer Berichte betreffend / §. 2. verbis*, und anderen Sachen: Non immeritò Q. quænam istæ sint causæ non expressæ? Dicimus autem, quod verba *d. Rec. de Anno 1532. und andern Sachen* utpote valde generalia, de omnibus causis, quæ famam & existimationem hominis quocunque modo lædunt, intelligi quidem possint; Quomodo etiam Casparum Koch Commentatorem *Ordinat. Cam. eadem explicasse*, testatum facit *Schvvanm. Obs. 161. num. 7.* Verùm cum in constitutione *d. Ord. Cam.* additum sit postea verbum, und andern dergleichen Sachen / rectius dici putamus, prædictum *Recess. Imp.* aliquatenus restrictum, vi verbi dergleichen / ita ut non ob quamcunque causam facta diffamatio attendi in Camera debeat: Quo respexisse etiam videtur *Denaisius in Iure Cam. tit. 174. §. 20.* Quænam verò per similes causas intelligendæ sint, prudentis

tis.

tis iudicis arbitrio relinquendum erit, arg. l. 1. de jur. delib.
ber. Arist. 1. Rhet. 1.

LXV.

Fundata autem est jurisdictio Camerae haecenus, vel
in utraque causa (diffamationis scil. & actionis) vel in illa
tantum, vel in neutra, d. 1. 25. In utraque, si diffamatus
Camerae in prima instantia addictus est, & alium iudicem
non habet, vel causa sua natura eò pertineat. d. 1. vers.
Soll alsdan dem Diffamanten (ita enim legendum putamus,
non verò Diffamaten/pro ut habet editio novissima Recess.
Imperij, & aliae verustiores.) In causa diffamationis tantum
fundatur, ubi diffamatus quidem immediatè subjectus
est, sed primae instantiae privilegium habet, d. 11. vers. wo
aber. In neutra autem fundata est, si diffamans neque im-
mediatus sit, neque causa ad Cameraam pertineat. Hinc
altero casu in Camera constituitur terminus, vel ad agendū
corā ordinario, vel ad imponendum perpetuum silētium.
Nisi fortè ordinarius vel suspectus sit, vel causam ipse remit-
tat, vel justitiam administrare nolit, aut non possit: Tunc
enim causa principalis in Camera retinetur; prout factum
in causa Magdeburg contra Sachsen/ referente Kochio d.
11. 25. p. 2. Vid. Auth. Prajud. Camerali verb. Lex diffamari.
§. quando. Tertio verò casu, causa ad ordinarium & compe-
tentem iudicem remittitur, d. 11. 25. d. Noviss. Rec. Imp.
§. 83. in fin. Gail. 1. Obs. 12. Schvvanm. Obs. 163. num. 9.

LXVI.

Denique meretur hic notari differentia juris Came-
ralis & Communis (1) ratione objecti; Camerae jurisdictio
restricta est ad causas graves, turbatae pacis publicae, atro-
cium injuriarum, & similium ad scandalum publicè spe-
ctantium, Gail. 1. Obs. 9. num. 1. Schvvanm. Obs. 161. num. 8.

F 3.

jure.

Jure communi *L. nostra* regulariter in omnibus causis, in quibus ratio ejus generalis locū invenit, obtinet, ut dictum supra *thesi* 33. (2) jure Camerae duplex habetur judicium, Diffamationis scilicet & Actionis, quod posterius ad Camerae aequè non spectat: jure autem Civili judex diffamati competens est, regulariter & quoad totam causam; unde diffamantem citare potest, ut nisi intra terminum praefixum compareat, perpetuum silentium sustinere debeat, *d. r. 25. Schvvanm. in different. jur. Civ. & Camer. diff. 23. & in Proc. Cam. l. 2. c. 22. num. 1.*

LXVII.

Quæritur autem non immeritò, an etiam ex errore & culpa facta diffamatio hinc quoque sufficiat, ut supra dictum de jure Civili *ib. 9.* Videtur sanè quod sic, propter verba Ord. Cam. *tit. 25.* In denen solche diffamatio gefährlicher / betruglicher Weise / oder in andere weg dem andern Theil zu nachtheil und Beschwerung geschehen. Ergo & in hoc differentia nulla erit à jure communi, per text. *L. nostra, verb. vel errore.* Cæterum dolum disertè requirit Schvvanman. *d. diff. 23. num. 4. in Proc. lib. 1. c. 18. n. 2. & Observ. 162. num. 9.* At Gail. ipsi adductus *1. Obs. 10. num. 1.* de dolo nihil habet, Videbimus in discursu, an vel ratione obiecti hinc dolus requiratur, an autem verba, oder in andere wege, sine commate ad verba sequentia, de praedictio diffamati referri possint. quæ Schvvanmanni *d. diff. num. 4. & Obs. 161. num. 5. d. c. 18. n. 3.* sententia videtur. Tantum etiam de Processu ex *nostra L.* quoad Camerae judicium, & ejus in univèrsum usu, dixisse modò sufficiat.

LXVIII.

Restat ut paucis attingamus remedium *L. si contendant.*

dat. 28. ff. de Fidejussorib. propterea, quod ex sententia Dal-
maximam cognationem cum Processu *L. nostr. diffamari*
habeat, ac idem ferè processus in eodem observetur. He-
ring. de fidejuss. cap. 30. n. 78. Vi hujus remedii integrum est
Debitori, ut Exceptiones quas contra instrumentum alia
quod habet, coram iudice suo proponat, officiumque e-
jus implorando petat, ut citatâ parte adversâ agere ces-
sante, exceptionem sibi competere declaret, prætensoque
actori creditori, silentium imponat. Hartm. Pist. lib. 4.
quest. 15. num. 2. Quamvis autem duo hæc remedia à Pra-
gmaticis propter cognationem & rationis identitatem
simul misceri, & conjungi soleant, teste Richtero d. decis.
100. num. 115. quin tamen in quibusdam revera differant,
nullum est dubium. (1) Enim iudicium *L. nostr. diffamari*: in
facta diffamatione & jactatione fundatur, supra thes. 42.
& processus, antequam diffamatus diffamationem istam
verisimilem ostendat, non decernitur d. thes. 42. sed judi-
cium *L. si contendat*, cuilibet, exceptionem sibi compe-
tere asserenti, datur. Heig. part. 2. quest. 8. num. 14. (2) In ter-
minis *L. diffamari* diffamatori non comparenti, simplici-
ter perpetuum silentium imponitur. In terminis vero
L. si contendat nisi agat actor, iudicium super exceptione
procedere debet. Zang. de Except. part. 3. c. ult. n. 208. (3)
Qui remedio *L. diffamari* utitur, sæpè ex vana aut mali-
tiosa diffamatione agit. Sed qui remedio *L. si contendat*
experiri vult, jus certum ac apertum, exceptionemque
fundatam habere debet. Vid. Mynsing. cent. 4. Obs. 72. n.
7. 8. 9. Zanger. alleg. loc. num. 192. usque ad n. 210. Et
hæc pro ratione instituti & temporis sufficiant. So-

li Deo Opt. Max. laus & perennis
gloria.

RICHARDE famam Nomini Tuo dextram
Cum sat diu quaesiveris, quid ad verum
Nunc Te moretur? Scilicet patefcentes
Hi sunt honoris tramites, & exorta
Vestibula laudum, quaes utrumque jam pridem
Pedem intulisti. Fallor? an ab Astraea
Istos ad ausus concitatus, ipsammet
Tibi arctiori federis sacri nexu
Aut obligasti, aut obligabis Astraeam?
Sic est. Et hoc, Amice, plus satis quondam
Famae parabit. Maeste modo secuturis
Applausibus, quodq; unice precor, vota
Cani Parentis sic subinde confirmes,
Ut prima semper audias RICHARDORVM
Vfrenidosq; , omnisq; Patriae Stella.

Cl. Dn. Candidato
testandi singularis affectus festi-
nantissime Scr.
E. GLÆSER. I. V. D.
& Prof. Ordinar.

Errata inter excudendum commissa, B. L.
sic emendabit.

Thesi 13. lin 4. & 5. lege Fabio. l. 3. c. 13. Thesi 19. lin. 2:
pro diffamatus, lege diffamator. Thes. 22. lin. ult. leg.
Thes. XXXV. Thes. 26. lin. 10. leg. extraordinarium. Thes.
33. lin. 10. leg. rationes. Thes. 39. lin. ult. istius pag. pro
qualib. leg. quolibet.

94 A 7350

ULB Halle

3


000 963 828



Sb.

Vd 17







14

DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
DIFFAMATIONE,

Ex
Celebri L. s. C. de Ingen. & manumiss.

Q U A M
ASSISTENTE DIVINO NUMINE
EX DECRETO ET AVTHORITATE
MAGNIFICI ET NOBILISSIMI RECTORVM
ORDINIS, IN ILLVSTRI ACADE-
MIA JULIA

SUB PRÆSIDIO
Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi Viri

DN. HENRICI HAHNII ICTI,
COD. PROFESSORIS CELEBERRIMI, FACULTATIS
SVÆ SENIORIS, AC HODIE DECANI, DICA-
STERII VVOLFERBYTANI ASSES-
SORIS GRAVISSIMI

DN. PRÆCEPTORIS, PROMOTORIS, AC HOSPITIS
SVI ÆTATEM DEVENERANDI

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQUE IVRE HONORES,
PRIVILEGIA ET IMMUNITATES
ADIPISCENDI

PUBLICÆ DISQUISITIONI SVBIICIT
BERTOLDVS RICHARDT Vfflen. VVestph.
IN IVLEO MAIORI
HORIS ANTE ET POMERIDIANIS
AD DIEM X. SEPTEMB.

HELMESTADII
Ex Officina Henningi Mülleri Acad. Typogr.

ANNO MDCCCLXIII.

15

